

### TITVLVS III

**S**apiētis cōsilio patiēter ferēda sūt aduersa fortunæ tela.  
Immoderata tempestate nullus fortis deiecta mente ia  
cuit: sed eo fortior factus est.

**C**um animi uirtute toleranda sunt fortunæ bella.

**Q**ui patiētiae loricā induit fragilitatē fortunæ nō metuit.

**S**olet animi magnitudo tunc esse præstantior: cum occur  
runt pericula grauiora.

**N**ihil est in aduersitate desperandū prosperitatis.

**T**itulus quartus.

**C**onsolatoria pro exule familiaris.

**L**egi tuam epistolam nō minus iniucūde q̄q̄ tu uideris im  
patientissime ferre: q̄ extra patriam urbem cogaris exu  
lare. **V**bi nā tua solita prudentia nūc latet? **N**onne iam pri  
dem intellexisti nihil esse dolendū: quod neq̄ famā apud  
doctos & probos damnet: nec gloriā faciat esse apud su  
peros diminutam? **Q**uis em̄ uir bonus est qui non manife  
sto cognoscat nullo te tuo crimine factū exulem: sed inui  
doꝝ delationibus & improborū studijs? **Q**uod si quo fa  
ctum id esset tuo scelere: causam exilij tui nimirum dolen  
dam tibi esse censerem. **N**am in hominū coronā uenires  
criminandus & assidue impietatis accusandus: & rei fama  
quæ in te notāda esset iure ac merito: nec posset ab homi  
num clarissimoz iudicijs reuocari: nō esset abs te sine tuis  
lachrymis audiēda. **S**timularēt em̄ te cōscientia quæ ante  
oculos poneret nefas qd̄ patrasses: doceretq̄ te tuæ cul  
pæ pœnā lucrari: esset intolerabilis exilij pœna: sed intole  
rabilior certe cōscientiæ culpa. **M**e miserē dicerēs tecū lo  
quēs qd̄ cogitauit? qd̄ secut⁹ sum? qd̄ uoluit? qd̄ errauit? quā  
pœnā scelerī dedist? ubi patria? ubi penates? ubi solatia? ubi  
clientelæ? ubi reliqua tibi in urbe suauissima? **O**mnium  
**Boetius** memor esses: meritoq̄ illud **Boetij** posses in te cognosce  
re: Infelicitatum omnium pessimum esse gentis se memi  
nisse fuisse fœlicem. **A**t nunc cum intelligas errasse te ni  
hil: sic dices ad te cōuersus: **E**go nihil commisi sceleris: de  
cepi neminem. **N**eq̄ fide fragus dici possum: nec alicuius

## TITVLVS III

criminis auctor. Inuidiæ me tela sunt infectata: quã sic **Ci** **Cicero**  
 cero diffiniuit: Inuidia est ægritudo alieni boni. **C**omunis  
 est hæc pestis procerum ualitudini paratissima. **N**am ut il  
 lud est **Senecæ**: **F**erūt supremos fulgura montes. **N**emo **Seneca in**  
 me ex patria pepulit: cum sim ubiq; terrar; atq; gentiũ be **tragœdia**  
 ne: ac cū uirtute uiuens patriã inuenturus. **N**eq; erat illa  
 patria: quæ nõ mihi sed scelestissimis plurib; est cõmunis.  
**C**õsiderabis deniq; ex maximo fluctuũ turbine in trãquil  
 lissimũ te portũ peruenisse: hoc est ex summa difficultate  
 sulurrõnũ: murmuratoꝝ: inuidorũ: detractorum: decocto  
 rum: delatorũq; quibus abundat tua patria: in optimum  
 conuentũ bonorũ: ciuiũq; præstantiũ profectũ esse. **H**æc  
 scio tibi esse perspectissima: nec q; ea ignoras ad te scripsi:  
 sed ut in receti uulnere amicissimi medici officio fungar q  
 uel nõ uocatus accedã ad medicandũ. **C**ura ut ualeas.

### ¶ Consolatoria pro exule familiarissima.

**Q**uod exulem te proscriserint inuidi atq; improbi qui/  
 dam: qui tuæ laudis maiestatem non poterãt tolerare: ne  
 doleas amice optime. **S**ic enim ab illis fieri solet: quos diffi  
 militudo morũ atq; studiorum reddit inimicos. **Q**uõ po  
 teras illis esse gratus: qui sũt omni uitio polluti: **I**ure te igit  
 noluerũt secũ esse: quẽ sciebãt scelez; sociũ habere nõ pos  
 se. **V**ives cū illis & diuti; & fœlicius quos istic inuenies tui  
 similes: probos inq; & iustos: quoz; societas & cõsuetudo  
 poterit omni te semper molestia liberare. **V**ale.

### ¶ Consolatoria pro exule Grauis.

**Q**uod exiliũ lugeas quasi rem molestissimã & quam nequeas  
 tolerare: uolui misericõdia quasi ad te recreãdum cõmoueri:  
 quippe qui nõ possum aliqñ humanitatis officio nõ fungi.  
**C**um ut inqt **Terẽtius** possim dicere: homo sum: humani **Terentius**  
 nihil alienũ a me puto. **D**ocet & nos **Apostolus** inquiens **Apostolus**  
 debere nos gaudere cū gaudentibus: & flere cū flentib;:  
 & ne humanitatis officium turpe sit: nec gaudium uel fle  
 tus sine recta ratione. **N**am q̃q; omnis passio improbanda  
 est: cum cõtra rationem niti uideatur: tum eo est fœdior:

- quo magis excedit: & non obseruat illud **Vlyxis**: quod apud **Terentius** **Terentiū** usurpatū est: ut **Ne** quid nimis: cogit natura nos aliquā dolere & cōgemiscere. **Non** em̄ sumus ferrei: ut nulus in nobis sit sensus: sed in omni re seruandus est modus ille **Ciceronis**: & tenēda mediocritas **Aristotelica**. **Nisi** frānarem impetus sensituios: & cum ratione moderare appetit⁹: certe int̄ nos & baluas nihil interesset. **Sentiūt** em̄ & ille quæ dulcia sunt & quæ amara: doloribusq; atq; uoluptatibus inuoluuntur. **At** in nobis consiliū temeritati præficiē: sobrietas intēperatiā: Innocentia maliciā: & omnis ratio scelerib⁹ cunctis. **Itaq;** cū uel graue ac perdifficile fuisset hoc onus exiliū tui: debuisses post diutinas lachrymas cōualescere: & te totū tibi reddere. **Ego** igit̄ iam me ipsum in mentē quietiorē traduxi: cognouiq; tuā hanc ad uersitatē: neq; lugendā esse: nec aduersitatis cognomētū promereri. **Nam** sunt qui diffiniant exiliū: quasi extra solū patriū. **At** **Socrates** cū quæreret cuias esset: mūdā⁹ sum respōdit: declarat hoc responso: nō esse uirū grauem atq; doctū alicuius urbis terminis regionibusue finibus circūseptū: sed in uniuersū orbem posse aperta fronte sūmaq; cū laude progredi. **Itaq;** recte **Cicero** nō esse interminādū illis ait exilium: quibus urbs una circūscripta non esset: sed omnis orbis foret patria. **Iure** igitur **Hercules** argiuū se dixit: subdiditq;: sed ois **Græcia** mihi patria ē. **Quod** si recte metimur uitæ nostræ cursus: diligenterq; intuemur unde uenimus: quoue pergimus: intelligere manifesto possuimus: nullā esse nobis in hoc orbe patriam. **Quod** si recte nos nouimus: ut **Apollo** monuit: ex cælo sumus in terris missi: ut per eas peregrinantes in cælum deniq; redirem⁹ ubi uera est nobis patria. **Nōne** ubi parētes hominū sunt ex quibus uerā expectant hæreditatē: ibi patriam mortales esse dicunt: **Nam** & huic patriæ **Cretenses** censuerūt post superos: nos prima debere iura. **Sed** deus omniū bonorū parens est: quos sibi hæredes futuros esse promisit: & instituit cohæredes **Christi**. **Eam** igit̄ sanctā ciuitatē: de

## TITVLVS III

qua abunde locutus est **Diuus Aurelius**: debemus nobis **Augustin<sup>o</sup>**  
 patriā affirmare: & ab ea ne exulemus: omni cura p̄uide-  
 re. **Nec** em̄ illo exilio uel inuidis testibus uel iniquis iudi-  
 cijs cōdēnaremur: sed hoc orbis exiliū nemo sapiēs alicu-  
 ius extimat precij: præsertim cū apud indoctos nunq̄ ma-  
 gnificati fuerint uiri clari. **Exulauit Alcides** qui graciā om- **Hi exula-**  
 nē summis affecerat ornamentis. **Eiectus** est **lacedæmon** **runt**  
**Lycurgus** q̄ eā tam præclaris legibus instituerat. **Athenis**  
 pulsus est **Solon**: q̄ tradiderat populo iura quæ se q̄rent.  
**Pulsus Alcibiades**: male habit<sup>9</sup> **Melciades**: male **Pericles**.  
**Romani** uero **Romulū** cōditorē interemerūt: **Camillū** fe-  
 cerūt exulē: **Ingrati** fuerūt i **Scipionē**: In **Tulliū**: i plærosq̄  
 alios quorum nomina prolixius esset q̄ utilius dicere. **Sed**  
 quot uiri præstātes p̄ deū imortalē habiti sunt extra nata-  
 le solum præstantiores q̄ domi: **Nam Luci<sup>9</sup>** dimissis **Vol-**  
**scis**: habitus est **Romæ** rex: **Tarquini** cognomēto. **Pytha-**  
**goras** uero: **Aristoteles** & **Tullius** & **Naso** & **Maro** extra  
 domū primā floruerūt & claruerūt. **Cadmus** longe e pa-  
 triā **Thebas** cōdidit. **Mari<sup>9</sup>** arpīnas natus: **Romæ** uir ma-  
 gnus factus est. **Nescis** raros in patria p̄fectos esse: obstat  
 inuida: obstat ambitio: obstat competitio: obstant cōten-  
 tiones: & cætera quæq̄ quibus uulgus ministris utitur ad-  
 uersus sapientes. **Non** est igitur dolendum tibi quicq̄: nec  
 censendū amisisse te patriā q̄diu & uirtus te comitabit: &  
 uirtutē fama prosequet: & famā attinget imortalitas tui  
 nominis. **Hæc** quotiēs cogitabis: totiens arbitraberis hoc  
 pacto fauisse tibi superos: & **Iouem** tuæ rei optime consu-  
 luisse. **Vale** ex **Mediolano** tertio **Nonas** decembris.

¶ **Synonyma** consolatoria pro exule.

**Ne** feras graue exul esse.

**Fer** æqua mente tuū exiliū.

**Ne** doleas q̄ urbe careas patriā.

**Non** sit tibi difficile exulare.

**Non** est extra patriam: cui est uirtus.

**Non** debes te exulem arbitrari: qui ubiq̄ ciuis es.

e

## TITVLVS V

**P**atria carent malistu uero semper es in patria.  
**T**olerabilis est tibi exulatio ab inuidis & malignis.

**V**bi tibi bene est: tibi patriam esse censeo.

**N**e ducas te exulare alicunde: cum tua uirtus nunq̄ possit exul esse.

**F**ac ut sis animo constanti sic extra urbem honorandus: ut in urbe pollendus fueras.

**T**unc te exulē duces: cū fama gloriæq̄ priuatus uiues.

**P**atria tua cælū est quo uirtus assidue dirigit atq̄ ducit.

¶ Quintus titulus.

¶ Gratulatoria familiaris.

**De prætura** **A**cepi ter prætorē **F**lorētīæ urbis designatū esse: q̄ te ad id muneris delegerūt: nequiuērūt nō esse uiri omni laude cumulati. Id ea sum assecut⁹ cōiectura: qd' afficiunt mirifice suæ patriæ. **C**urauitq̄ diligenter quicqd ad eius attinet dignitatē & ornamentū. **Q**uid em̄ digni⁹ & ornati⁹ i ciuitate benemerita dici potest: q̄ iusticiæ mun⁹ nō præterire & ei⁹ habere maiestatem ante oculos: **O**fficiū aut̄ hui⁹ quæ uirtutū moraliū est excellentissima: in te cōsistit imprimis: ut bonus & fortis prætor ius suū cuiq̄ tribuat: & alios ad uirtutes alliciat p̄positis præmijs: alios deterreat a sceleribus pœnarū metu. **Q**uātū aut̄ in omni tuæ uitæ actiōe ducē fecut⁹ sis: nec nunc explicabo: nē gratulandi loco ad laudatoriā accedā epistolā. **V**nū ausim affirmare cōsuluisse **F**lorentinos rei publicæ suæ nō temere nec improuide: sed accurate atq̄ studiosè: **E**ūq̄ sibi delegisse prætorē: cui⁹ & ægtate maxī mā utilitatē ac urbis amplitudinē & dignissima cōsuetudine sūmā sint iucūditatē assecutūri. **S**cio q̄ oderis nefādos & quāta seueritate criminū auctores uelis plecti: ut possis iure & merito **C**ato quōdā cēsorin⁹ appellari: & nō iniuria ualeas inē eos cēsores numerari: quos uerebāt etiā ip̄i urbis principes. **H**oc aut̄ tuæ mēt̄ institutū q̄s nō nisi insan⁹ pōt nō unice cōprobare: **N**ā iccirco gen⁹ hūanū ad incolēdas urbes inductū ē a ferina illa libertate: q̄ pri⁹ uiuebat inē syl

**Cato censo-  
rinus**